

Johann Klein von

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Klein/ I.U.D. & Pandect. Professor Publicus ... Ad exanimus corpus ... Annae Mariae Schwartzkopffen/ Viri ... Dn. Jacobi Lemken/ ICti, Consulisq[ue] Reip. Rostoch. ... Relictae Viduae frequente comitatu ad tumbat hodie ducendum Omnes Academiae Cives ... invitat : [P.P. Sub sigillo Rectoratus Rostochii Anno 1693. 2. Iunii.]**


Rostochii: Weplingius, [1693]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774762543>


Druck Freier  Zugang



Klein, J.,  
in  
A.M. Schwartzkopff,  
uxor. J. Lemke.  
Rostock, (1693).







PROGRAMMA  
QUO

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOANNES Klein/

J. U. D. & Pandect. Professor Publicus,  
nec non Consistorii Mecklenburgensis p. t. Director.

Ad exanimum corpus

FOEMINÆ NOBILISSIMÆ, OMNIq; VIR-  
TUTUM SPLENDORE FULGIDISSIMÆ,



ANNÆ MARIÆ

Schwarzkopffen/

VIRI QVONDAM NOBILISSIMI, AM-  
PLISSIMI, ATq; EXCELLENTISSIMI

DN. JACOBI Lemken/

Jcti, Consulisq; Reip. Rostoch. meritissimi, ac Antecessoris hujus  
Academiae celeberrimi, Collegæ ac Fautoris nostri æstima-  
tissimi, nunc eheu! desideratissimi,

RELICTÆ VIDUÆ

frequente comitatu ad tumbam hodiè ducendum

*Omnes Academiae Cives, suis quosq; titulis conspicuos,*

*quâ fas est humanitate invisat.*



Rostochi Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



ORIENTES VIVENTIBUS A-  
PERIRE OCULOS, DUM SUA  
CLAUDUNT LUMINA, &  
scitè & verè dictum esse reputo.  
Viventium etenim oculi, nescio  
quâ vanitatis nube obducti, cali-  
gant creberrimè & tantum non  
cœcutiunt: Moribundi contra,  
oculis in morte natantibus, sum-  
mâ fruuntur libertate, & spiritus  
ergastulo jam liberandus, pleno  
quasi volatu ad altiora tendit. Mireris sæpius in causario  
corpore animi virtutem inexhaustam, illamque, decrescen-  
tibus viribus, incrementa capere, non rarò perspicias: Sive,  
ut credi fas est, Deus moribundis animi vires suppeditat, si-  
ve emigratura anima seipsâ quodammodo major & in occa-  
su velut pulchrior est. Nobis verò tum demum aperiuntur  
oculi, cum pallida & rigentia defunctorum membra  
contemplamur curatius, ad hoc fortunæ tristioris specu-  
lum, in æternitatis & nostri cognitionem devenientes; Imo  
nunquam calcabimus sepulchrale saxum, quin mortalita-  
tis memores, velut avis Junonia pedum scabrorum intuitu,  
cristas superbiæ contrahamus. Multa quidem variaque  
saluberrima præcepta viventes docent mortui, quibus non  
meli-

meliora *Epicteti lucerna* vidit, & hac quidem ratione nudum pilis & carne cranium, multam Demosthene ipso melius mortalitatis causam perorat. Sed tamen plerumque tum demum mortales nostra novimus bona, quando illa amisimus. Inter varia certe obstacula, vel hac quoque de causa, morientes viventibus aperiunt oculos, quod istos, mortem vinculum rumpere conjugale acerbis proclamantes vocibus, infantiae in vera pietatis ac fidei praxi, nedum mendacii aperte convincant. Scilicet si vulgi hac in parte iudicio staret sententia, conjugium felix vocarent voluptatem diu duraturam, inexhaustam Venerem opumque omnium abundantiam, ut ut voto se proprio redderent infelicissimos; At vero aliter iudicabunt, qui in vanitatis cortice turpiter haud haerent, sed caelestis scientiae favum cupide degustant. Horatii iudicium si interponam, illum conjugum felicitatem non vitae diuturnitate, sed amoris non interrupti vinculo metiri, facile evictum ibo: Ita autem ille:

*Felices ter & amplius,*

*Quos irrupta tenet copula: nec malis*

*Divulsos querimoniis*

*Supremam citius solvit amor dicit.*

Si ergo nec amor solvitur ante decretoriam horam, quis post illam solutum iri credat? Cesset utut, quae blanda est conversatio, non cessabit tamen animorum propensio. Conjugium animorum potissimum consensu metiri Iustum Ulpianum *Lex 30. ff. De R. i.* abunde testatur: Neque adeo obtusa gestamus pectora, ut cum corpore illum extinguere putemus. Obscurius & per Theologiam Mythicam haec apprehendisse videtur Maro, quando & Didonem à Sichæo vocatam & in campis lugentium post mortem iunctam, non omni amore caruisse disertè canit:



*Coniux ubi pristinus illi  
Respondet curis, æquatq; Sichæus amorem.*

In mentes vero animasq; felices cum mors nihil juris habeat, imo ne quidem nobis nocere posse putanda est. Sed amittimus morte nostros! sic judicant, qui minus rerum connexionem penetrant. Testis est *Erasmus ad Alphonsum Vervefium* hanc querelam Christiano indignam iudicans, censuramq; subjungens sequentem; *Verbum amittendi in totum à Christianorum sermonibus sublatum esse oportet: quâ enim fronte tibi dicatur amissus, qui præcessit in Patriam cælestem mox secuturum? Dimissum vel præmissum rectè dixeris, amissum nunquam.* Quinimo beneficii loco reputandum, quod mors, quæ terra negarat, iterum concedat, & in eadem urnâ vel tumbâ exangvia corpora jungat, quæ divellere visa fuit. Complura autem memoriâ utiq; digna occurrunt in illo, quod hodiè non sine luctu effertur, omne laudis encomium supergressæ Matronæ funere, quæ & nobis oculos aperiant, & illam vel in morte mirificè ornent. Tres circiter menses elapsi sunt, cum Maritum suum tenerrimè dilectum, Virum *Nobilissimum, Amplissimum atq; Excellentissimum Dn. JACOBUM Lemken.* *Et Institutionum in hac Alma Antecessorem Celeberrimum, Patriæq; Reip. deinde Consulem, egregiis sat clarum meritis suis, Collegam ac Fautorem nostrum, dum viveret æsumatissimum, nunc eheu! Desideratissimum inopinatâ quidem, beatâ tamen morte abreptum terræ mandari acerbè lugeret, qui*

*Insigne mæstis præsidium reis  
Et consulenti Pollio Curia;  
Nec indecoro pulvere sordidus.*

Decumbebat jam tum ipsa, occultâ vi morbi præcordia occupante, & tam altum doloris vulnus nullâ medicinâ

A 3

coire

coire posse facile prævidebat. Extinctas lugeremus tam  
felicis consortii tædas, nisi ad altiorem Conjugii originem  
attenderemus. Beata verò nostra Christianâ se munivit  
patientiâ, pectusq; Divino solatiô firmatum urgentis morbi  
mortisq; spiculis generosè obvertit. Hamatum telum cum  
altè penetravit, frustra forcipe prensari novimus, hæret le-  
thale spiculum. Mors Mariti ægrotantem concussit, con-  
cussam quassavit, quassatam dejecit. Interim mortem in-  
ter vitamqve media, Fratrem supervixit, non ita pridem  
Lubecæ contumulatum, imo se ipsam quodammodò super-  
vivere videbatur, quadrimestri fermè morbo exhausta.  
Sed aperto oculos quisquis hæc legis: Illa enim lectum  
suum plumeum, Patientiæ Gymnasium, qvem toties piis  
lachrymis madefecerat, incomparabili Patientiæ exem-  
plò illustrat. Nemo illam audivit indignari, nemo qveru-  
las voces & turbarum plenas observavit, gemitu potius  
columbinò ad Deum omnis solatii conversa fontem, patien-  
da tulit, ferenda non abnuit, solamen expectavit. Vir-  
tutem ejus florentem qui mirari solebas, nunc defunctæ  
marcescentem purpuram attentius contemplare Lector.  
Claudit oculos Vanitati, aperuit Deum visura; Clausit  
lachrymarum fontes, beatificâ Numinis præsentia, deli-  
ciarum flumine satianda: Clausit oculos, ut tibi tantò fo-  
ret conspectior fidelis ipsius in fide perservantia. Ut vero  
in omnium oculos incurrat, quam vitam vixerit, quan-  
tâqve Virtutum laude fulserit & quam beatè tandem emi-  
graverit vitæ hujus numellis soluta, solitò more sequentem.  
Nobiliss. ac Beatissimæ Fœminæ annectimus memoriam,  
nodò in antecessum morbi, quo occubuit B. N. faciem  
ipsis Excellentissimi atqve Experientissimi Medici DN. D.  
BERNHARDI BARNSTORFFII, Professoris in hac  
Alma Celeberrimi, Collegæ ac Fautoris nostri æstu-  
matisimi verbis delineaverimus. Ita autem ille:

A 3

*Tertius*

Tertius jam anni præterlapsus est quadrans, quando Nobilissima, nunc desideratissima Vidua Lembkenia, de Catarrho in magna copia ad fauces & pulmones defluente, nimiaque sua acimonia tussim satis molestantem & ferme continuam causante, conqueri cepit; qui etiam productis exinde, & per intervalla nunc accedentibus capitis doloribus insignioribus, vigiliis nimis, præcordiorum anxietatibus & evomitionibus non saltem assumptorum, verum etiam humorum pituito-salforum & acidorum; ansam præbuit. Et licet huic realo debellando varia, nec inefficax fuerit prescripta medicina, uti ex subsequente symptomatum mitigatione & nonnullorum plenaria ablatione patuit, labem tamen, pulmone ex humorum istiusmodi tenacitate & accimonia adveham, totaliter auferre nequivit. Hinc factum, ut circa finem superioris prope modum anni tussis non saltem recrudescere inceperit, verum etiam ex vasis sanguiferis Pulmonum dilaceratis, ingens sanguinis quantitas, tussiendo per os fuerit ejecta, unde Egrotæ nostræ summopere perturbata, maximas sensit & animi & corporis anxietates, cum membrorum tremoribus, vigiliis, vomitibus, diacchais, & febrili calore conjunctis. Cumq; hæc symptomata & imprimis Hemoptoica passio, post unam alteramve cessationem, redierint & novas in respirationis negotio difficultates, à suffocationis periculo, ob nimiam sanguinis in faucibus congruescentiam, non multum abeuntes attulerint, mihi, simul metum subsequutura Phibysos huic levem injecerint, & omnimodam restitutionis spem ex parte ademerint; Hinc suavisor exstiti ut alius mihi simul in cura adjungeretur Medicus. Adjunctus itaq; Vir Nobiliss. Excell. & Experientiss. DN. D. JOH. ERNESTUS SCAPERUS, Academiæ hujus Prof. Publ. celeberrimus, Amicus & Collega meus singulariter dilectus. Communi igitur consilio, omnia quæ natura mali & decumbentis conditio requirebat, adhibuimus nihilq; omisimus eorum, quæ restituendæ egre crederemus facturæ; Morbus tamen qui immedicabiles egerat radices, omnem abibitam

hibitam operam nostram illust; in dictis enim symptomatibus nil  
 quicquam non tantum mutationis admisit, verum etiam ex ac-  
 cessu novorum accidentium indies pejorem induit aspectum. In-  
 appetentia enim, insufflationes ventris, tensivi & gravativi pe-  
 ctoris, dorsi & artuum dolores, deliquia animi, omnimoda vi-  
 rium consumptio, partium extenuationes, purulenta & de ulceris  
 in pulmonibus presentia testantes, per tussim excretiones, nimia  
 pectoris angustia & febris hectica, periculosam jam Phthisin ad-  
 esse indicabant, quam facies Hippocratica sine dubio fuisset in-  
 secuta, nisi tenax admodum & purulenta in bronchijs pulmonum  
 & faucibus harena & jam ferme subsistens materia viribus pla-  
 ne exhaustam Ægotam nostram citius quasi suffocasset: Die  
 namq; 29. precedentis mensis ex miserabili bocce statu per placidif-  
 simam mortem, inter adstantium preces & lachrymas fuit erepta,  
 maximum sui tristissimis Liberis, Matri a Sorori unica, relinquens  
 desiderium. Hæc de morbi causa, quâ *παρὰ τὴν* nostra, ulti-  
 mam abtolvit vitæ lineam Prælaudatus Dn. Medicus nobis  
 communicavit, vitali quæ frui aurâ cœpit Wismariæ, anno  
 hujus seculi supra millesimum sexcentimum quartô, Patre  
 fata Viro Consultissimo atqve Amplissimo DN. CASPA-  
 RO Schwartzkopff / Jcto Celeberrimo, Sereniff. Duc.  
 Mehl. Consiliariô gravissimô, Consule atq; Syndicô Wis-  
 mariense amplissimis meritis, magnisqve negotiis inclutô;  
 Matre verò per Dei gratiam adhuc superstite, Fœminâ vir-  
 tutibus sexum suum ornantibus nulli secundâ, ELISABE-  
 THA CATHARINA Puffen / plenô hodiè luctu acer-  
 bisqve filia suæ tenerrimè dilectæ lachrymis funeris solen-  
 nia parante. Avum laudavit Paternum, Virum Amplissi-  
 mum Prudentissimumq; DN. JOACHIMUM Schwartz-  
 kopff / Senatorem ac per annos 20. Camerarium hujus Ur-  
 bis gravissimum; Aviam Paternam omni laudum ac  
 virtutum nitore commendatissimam Matronam, AN-  
 NAM

**NAM Bohmen/ Viri Spectatissimi ac Integerrimi**  
**JOACHIMI Schwartzkopffen / Civis Wismariensis pri-**  
marii, qui pie defunctæ nostræ Pro-Avus fuit, & **EL-**  
**SABETHÆ Schmedes /** ex perantiquâ Schmidiorum  
Familiâ oriundæ, omniqve encomio dignissimæ, filiam.  
Abavus B. N. Paternus fuit Vir Nobiliss. ac Amplissimus  
**DN. GEORGIUS Schwartzkopff /** Consul olim Reip.  
Wismariensis longe meritissimus: Abavia, Fœmina me-  
rum probitate ac pietatis laude conspicua **MARGARE-**  
**THA Gladauen /** Viri rerum agendarum prudentiâ ac  
Consulari dignitate itidem Wismariæ clarissimi filia. A-  
vum Maternum salutavit, Virum Nobiliss. Ampliss. ac  
Consultiss. Dn. **EMANUELEM Puzen /** Jctum Cele-  
berrimum ac Illustr. Comitum Frisiæ Orientalis Consiliari-  
um fidelissimum; Aviam Maternam, **CATHARINAM**  
**Schluters /** Matronarum Decus, Viri Pl. Reverendi  
atqve Doctiss. Dn. **SEVERINI Schluters /** Pastoris ac  
Senioris Hamburgi adædem D. Jacobo sacram vigilan-  
tissimi filiam. Proavum Maternum agnovit Virum spe-  
ctatæ fidei ac integritatis **JOHANNEM Puzen /** civem  
ac Mercatorem Antwerp. primum. Proaviam Mater-  
nam pietatis laude insignem **ELISABETHAM Puzen.**  
Hic tam claris in lucem edita B. N. Parentibus, non po-  
tuit radici non congeneres promittere fructus; Unde post-  
quam statim, quâ nata esset, à Parentibus ad fon-  
tem mysticum sacro sancti Baptismi adducta & regene-  
rationis dono potita, temporisque successu, ingenitis ani-  
mi dotibus à primis unguiculis in ipsâ clarè elucentibus,  
cumque annis succrescentibus, in schola pietatis, castitatis  
omniumque virginalium virtutum probe informata esset,  
Tertullianum induit ornatum, oculos nimirum pinxit  
yrecundiâ, manus laboribus assuevit, corpus serico  
pro

probitatis, bysso sanctitatis & castitatis purpurâ amicit,  
 Neque enim more virginum Perficarum in congressibus  
 juvenum, sed exemplo Helcanæ & Paulinæ perpetuis  
 laboribus isti sexui convenientibus se oblectavit, in qui-  
 bus ita excelluit, ut non opus esset eam nubilem loco  
 monilis Iponfalitii, more Romanorum fuso & colo do-  
 nare, postesve maritales lanâ coronare. Probé enim hæc  
 omnia edocta nulli suæ ætatis cesfit. Unde tantis orna-  
 ta virtutibus, postquam vix nobiles attigisset annos, faci-  
 le sibi præclaros amatores & admiratores conciliavit;  
 Quos inter cum magnorum meritorum prælaudatus  
 JCrus, jam piè defunctus DN. JACOBUS Lemben/  
 ex obitu dulcissimæ primæ Conjugis, sui sexus insignis  
 ornamenti, MARGARETHÆ MEVIÆ, Generosi at-  
 que Magnifici DN. DAVIDIS MEVII, Incomparabi-  
 lis, omnique laude nostrâ majoris JCr, & summi Tribu-  
 nalis Regii, quod Wismariæ est, Vice - Præsidis Excel-  
 lentissimi, natu maximæ filiæ, viduum non sine do-  
 lore lectum premens, eandem exactò luctus annò ambiret,  
 haud difficulter exambitam 2. Sept. A. R. O. 1685.  
 Wismariæ novam tori sociam sibi adscivit & felici  
 nexu conjugali copulavit. Secundum hocce connubium  
 secundante JEHOVA verè secundum fuit, ac non minus  
 fecundum. Præterquam enim, quod B. N. quinque amoris  
 conjugalis vades & pignora jucundissima, tres filios, filiasq;  
 duas, CASPARUM Ao. 1688. JOHANNEM FRIDERI-  
 CUM Anno 1689, CAROLUM DIEDERICUM Anno.  
 1692. ELIESABETHAM CATHARINAM. Anno 1686, &  
 ANNAM MARGARETHAM 1690. Marito suo svavif-  
 simo pepererit, quorum duo, nempe JOHANNES  
 FRIDERICUS & CAROLUS DIEDERICUS felici navi-  
 gatione mare mundanum transfretantes, portum antè  
 B Matrem

Matrem attigerunt, tantâ concordia hi duo conjuges, tantaque animorum conjunctione septem matrimonii annos transegerunt, ut Viriplacæ fanum nunquam ingredi necesse habuerint, unam mentem in duobus divisam religiose conservantes. Et quanquam tam amabilis societas, tamque dulce jugum Nestoream mereri ætatem videretur, aliter tamen vilum est Summo vitæ necisque Arbitro, Mense Februario a. c. conjugale, septem circiter annorum arctissimo amoris nexu colligatorum, vinculum disrumpenti, cumque maximo Patriæ Urbis, omniumque Bonorum luctu Virum de utraque Rep. egregiè meritum, subitanea beatâque morte rebus humanis eximenti. Quantum hõc ipsõ vulnus B. N. cordi inflictum sit, judicare facile est, iis maximè, quibus ignotum non est, qua animi consensione, quam placidè, nunquam reconciliati Conjuges hi vixerint, quique duram hanc sortem olim ipsi experti sunt. Certè ex eo tempore Beata nostra dimidio sui orbata, non quidem Herculis exemplo Hylam inclamavit, aut cum Niobe saxeam induit duritiem, neque Aleonis nimio dolore in mare se præcipitem dedit, Maritum tamen amissum acerbissimè luxit, non hilarem unquam spiritum ducens, sed quasi præfenti superstiti Marito adhuc conviveret, ejus imaginem vigilans, dormiensque animo suo conclusam gerens, summum in appropinquante morte solatium quæsitura; quod ex voto etiam obtinuit. Postquam enim acerbissimo mellitissimi à latere sibi avulsi Maritiluctu pressa defatigataque, vim morbi, quocum vivo adhuc marito jam tum miserè conflictabatur, sensim ingravescere adverteret, non quidem salutiferam Medicorum manum repudiavit, quin omnia huic malo ceteroquin medentia patienter admisit medicamenta, omni tamen Excellentissimorum Medicorum DN. D. BARNSTORFII & DN. D. SCHAPERI

Pro-

*Professorum & Practicorum Famigeratissimorum, Dn. Collegarum  
Honoratissimorum* sedulâ curâ & industriâ debellandæ Phthisi  
haud suffecturâ, ultimam sibi duci lineam præsentitens.  
quamlibet horam decretoriam ultimam reputavit, ani-  
mamque ad beatam emigrationem præparavit, quam cœ-  
lesti Nectare & Ambrosia benè pastam 30. Maji. hora  
undecimâ matutinâ Creatori suo placido ex hac vitâ  
transitu piè reddidit, unâ jam cum Marito, quem  
non sine gravissimo dolore præmiserat, indissolubili  
eidem reunita vinculo, æternis fruitura deliciis.  
Quas sicut B. N. invidere impium foret, ita facilè  
largior, quantus inde dolor ac mœror, quo piè de-  
functæ *Matrem*, Matronam Nobilissimam, circumfusam  
hodierna reddidit dies, ejus cor pungat, coquat & an-  
gat, me calamo vix meo affecuturum esse; Scilicet a-  
misit filiam longè charissimam, quâ pro mori non recu-  
sasset, parata suos ad illius addere annos: Arisit lene-  
ctutis suæ solatium; Amisit, quam post *Mariti*, *Generis*,  
*Filiorumque* funera superstitem iuxta cum vira æsti-  
mavit, ut nil igitur mirum sit, si casum huncce humani-  
ter ferat, misloque gaudiô in querimonias solvatur ac la-  
menta. Succurrat Tibi ô MATRONA VENERAN-  
DA, sanctissimô solatiô Spiritus ille S. Paracletus, teque  
toties multiplicatoluctui, ac dolori quinquies reiterato fe-  
rendo non tantum parem, sed & superiorem efficiat.  
Adsit etiam Deus Orphanorum Pater tribus relictis Or-  
phanis jacturam Optimæ Genetricis miserè lugentibus,  
suoque auxilio Parentum curâ orbatos, ab omnibus peri-  
culis adserat, quò illis benè sit, & Nobilissima Familia  
post tot funera & clades lætiores rerum suarum cata-  
strophen sentiat. Tuam vero, Beatissima Anima, quæ  
mortua viventium perstringis oculos, memoriam piè



conservabimus, ad imitationem Thomæ Mori æternitatis postibus leve hoc appensuri Epitaphium.

*LEMKENI jacet heic Uxorcula chara JACOBI,  
Ipsa Viro tumulum destinat atque sibi:*

*Cætera quis nescit? Conjuncta videntibus annis*

*LEMKENIÆ fuitat splendida Gemma Do-  
mus.*

*Hæc quoq; Privignis, quæ Gloriarara Noverca,  
Tam pia, quàm gnatis vix fuit ulla suis.*

*Hos sociat tumulus, societ hos obsecro Cælum:*

*Sic mors, non potuit quod dare vita, dabit.*

Vos verò, O. O. Cives Academici, cum hodiè hora i. exuvix piè defunctæ, matri terræ sint reddendæ, frequentes ibitis exequias, daturi hoc honoris officium LEMBKE-  
NIANÆ memoriæ, SCHWARTZKOPFFIANÆ Fa-  
miliæ, illorumque, QVI SE HIS PROPEDIEMJUN-  
GENT, Splendori. Ultimum est humanitatis officium,  
quod præeuntem secuturi præstabitis, inter eundem animo  
recollentes: Mortem plurimis esse in januis, omnibus  
in infidiis, singulis in hisce animæ induviis.


P. P. Sub sigillo Rectoratus Rostochii

Anno 1693. 2. Junij.


Conventus fiet in Æde B. Virgini  
sacra, hora. i.

os(O)so









coire posse facile prævidebat. Exti  
 felicitatis consortii tædas, nisi ad altiorem  
 attenderemus. Beata verò nostra  
 patientiâ, pectusq; Divino solatiô firm  
 mortisq; spiculis generosè obvertit. I  
 altè penetravit, frustra forcipe prens  
 thale spiculum. Mors Mariti ægro  
 cuffamquassavit, quassatam dejecit.  
 ter vitamque media, Fratrem super  
 Lubecæ contumulatum, imo se ipsam  
 vivere videbatur, quadrimestri fe  
 Sed aperto oculo quisquis hæc leg  
 suum plumeum, Patientiæ Gymnasii  
 lachrymis madefecerat, incompara  
 plô illustrat. Nemo illam audivit in  
 las voces & turbarum plenas obse  
 columbinò ad Deum omnis solatii co  
 da tulit, ferenda non abnuit, solam  
 tutem ejus florentem qui mirari sol  
 marcescentem purpuram attentius  
 Clausit oculos Vanitati, aperuit I  
 lachrymarum fontes, beatificâ Nu  
 ciarum flumine satianda: Clausit o  
 ret conspectior fidelis ipsius in fide  
 in omnium oculos incurrat, quam  
 tâque Virtutum laude fulserit & qu  
 graverit vitæ hujus numellis soluta,  
 Nobiliss. ac Beatissimæ Fœminæ an  
 nodò in antecessum morbi, quo  
 ipsis Excellentissimi atque Experien  
 BERNHARDI BARNSTORFER  
 Alma Celeberrimi, Collegæ ac  
 matissimi verbis delineaverimus.

A 3

emus tam  
 originem  
 è munivit  
 ntis morbi  
 elum cum  
 , hæret le  
 uffit, con  
 nortem in  
 ita pridem  
 odò super  
 exhausta.  
 im lectum  
 oties piis  
 tiæ exem  
 mo qveru  
 nitu potius  
 m, patien  
 vit. Vir  
 defunctæ  
 are Lector.  
 : Clausit  
 entiâ, deli  
 bi tantò fo  
 a. Ut vero  
 erit, quan  
 ndem emi  
 sequentem.  
 nemoriam,  
 . N. faciem  
 lici DN. D:  
 foris in hac  
 nostri æstu  
 ille:

Tertius

